



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

feudorum, ut patet in iuribus in principio allegatis, secus tamen est de iure communi, quo iure ita succedunt foemine sicut masculus. Ut in l. maximum vitium. C. de libe. præ. vel exhæred. vbi adducitur ratio. & in Authent. de hæredi. ab intest. venien. per totam, collatio. ix. vbi sublata est differentia secus respectu successionis. Habetur etiam in Authen. in successione. C. de suis & legi. hæredi. & in §. sed & hæc quidem. cum concordan. Instit. de exhæreda. libero. rum. Ita tenent Pau. Parisi. in consil. iiii. numero primo volu. 1. & in consil. xxi. numero 1. eod. vol.

REGVLA CCCX.

FORMINAR regulariter non computantur in numero eorum, qui possunt inducere consuetudinem. Hanc regulam ponit Bart. per text. ibi in l. 1. numero 7. ff. de legi. & notabiliter in l. 2. C. quæ sit longa consue. Abb. in c. fin. numero 8. & Anto. de Butrio numero 41. & Andræ. Barba. numero. 174. de consuetu. Roma. in singu. 43. Panor. in consil. 53. in prin. vol. 2. Cardi. Alex. in c. frustra in fi. 8. distinet. Hanc etiam regulam ponit Rochus de Curte in tract. de consuetu. nume. 386. vbi refert Innocen. tenere contrariam opinionem, in cap. 2. de noui operis nuntia. & ibi dicit quod allegata per Inno. non probant opinionem suam, & refert etiam Barba. qui sibi met contrarius videtur tenere contrariam opinionem, in rub. numero 10. de consue. per fundamenta de quibus ibi per eam. quibus respondit Rochus de Curte, vbi supra. Et hæc opi. regulæ tenet Mariana Soci. in consil. 7. numero 8. vol. 1. inter consilia Bartheo. Soc. Cællianus Cotta in memorabilibus iuris, in verb. masculinũ. Lambertinus in tracta. iuris patrona. in 1. par. 1. lib. in 2. art. 7. quæstio. primo folio 48. colum. 2. numero 11. Hanc regu. cum tribus limitationibus posuit Bernar. de Luco in regu. 483. referendo Ias. in d. l. 1. numero 14. ff. de legi.

1 Limita primo vltra eum, v: non procedat in mulieribus quæ sunt moniales, vel quæ collegium faciunt, quia possunt statuere, & consuetudines inducere. Probatur argumen. tex in cap. dilecta, de maior. & obed. & ita per illum textum, tenet Anto. de Butrio in d. capis. finali numero. 43. de consuetudi. Pro qua opinione facit quod notat Specula. in titulo, de syndico. versiculo, quid de mulieribus, quam opinionem tenet etiam Rochus de Curte, vbi supra, numero. 388.

2 Limita secundo, quando consuetudo mulierũ est a populo, saltẽ tacite, approbata. Ita sentit Barto. in repe. l. 2. numero. 13. C. quæ sit longa consuetudi. exemplificando in consuetudine mulierum quod primogenita succedat. Certe si id deueniat in notitiam populi qui non contradicat, valebit consuetudo, ut ibi per eum. quem sequitur Rochus de Curte, in d. tracta. de consue. nu. 388. Eandem opi. sequitur Andræ. Tiraq. in tract. de primogenita. q. 15.

Regula